



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

X. De obsessa Ierusalem fame, & inopia paupertatis, & de Polychronio, eo quod praedia ecclesiae in pauperes, vel populo erogasset.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

ANNO  
CHRISTI  
433.

o<sup>cto</sup>. Et iussit Sixtus episcopus conuenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligauerunt vulnera eius. Gaudebat autem Augustus in damnatione Euphemii episcopi, qui extitit accusator Polychronii pontificis sui, & subscripserunt in damnationem horum duorum, omnis Synodus, & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus vr<sup>bis</sup> Romæ manu propria conclusit.

## CAP. X.

Post menses enim nouem, obfessa est ciuitas Ierusalem fame, non tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem, qui ex episcopo, vendidit publice prædia ecclesiæ supradicta pauperibus & clericis, populoque Hierosolymitano erogauit vel sparsit. Veniens autem Priscus diaconus vr<sup>bis</sup> Ierusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: Quod ei temporale concessum fuerat, vendidit populo cleroque sparsit. Hoc Sixtus episcopus audiens, gaudio corroboratur, & intimauit Augusto Valentiniano rem quam gestam audierat. Respondit diaconus, &

vr<sup>bem</sup> Romam festinantes supradicti octo. Et iussit Sixtus episcopus conuenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligauerunt vulnera eius. Gaudebat autem Augustus in damnationem Euphemii episcopi qui extitit accusator Polychronii pontificis sui. Et subscripserunt in damnationem horum duorum omnis Synodus & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus vr<sup>bis</sup> Romæ propria manu conclusit.

## CAP. X.

Post menses enim nouem obfessa est ciuitas Ierusalem fame, non tantum fame, quâ inopia paupertatis. Polychronius autem, qui ex episcopo, vendidit publice præmia ecclesiæ supradictæ pauperibus, & clericis, populoque Hierosolymitano erogauit vel sparsit. Veniens autem Priscus diaconus vr<sup>bis</sup> Ierusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: quod ei temporale concessum fuerat, vendidit populo, cleroque sparsit. Hoc Sixtus episcopus audiens corroboratur, & intimauit Augusto Valentiniano rem quam gestam audisset. Respondit Leo diacon, & dixit ad Sixtum episcopum:



dixit ad Sixtum episcopum: Iube occurrere Synodum per auctoritatis tuæ munimen, vt subueniatur domui, quæ supra aquam habuit fundamentum, & accipiat continua, & fundamēta lapidea, vt tuo munimine pontificii non ruat domus ædificata.

## CAP. XI.

Misit autem præcepta per vniuersas ciuitates, & occurrerunt omnes episcopi, & fecit Synodum, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana, & sedit cum episcopis Augustoque, simul & cogitationibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polychronium reuelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Nolite æstuarè pater, quia meruit Polychronius sicut & vidua, quæ misit æris minuta duo in garophylacium, vbi omnes abundanter miserunt. Illa enim nihil habebat, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit Dominus noster: *Et quid dixit:* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit.* Hic autem omnem victum suum quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul qui imitatus est viduam, non viduetur. Tunc lauauerunt se omnes episcopi, vel qui in eodem

loco

Iube occurrere Synodum per auctoritatis tuæ munimen, subueniatur domui, quæ super aquam habuit fundamentum. Et accipiat continuas, & fundamenta lapidea; vt tuo munimine pontificii, non ruinet domus ædificata.

## CAPVT XI.

Misit autem præcepta per vniuersas ciuitates, & occurrerunt omnes episcopi. Et sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana. Et sedit cum episcopis Augustoque simul. Et cogitationibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polychronium reuelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Non æstuarè pater, quia meruit Polychronius sicut vidua, quæ misit æraminuta duo in garophylacium, vbi omnes abundanter miserunt, illa autem nihil habens, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit Dominus noster: *Et quid?* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit.* Hæc autem omnem victum suum, quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul, qui imitauit viduam, non viduetur. Tunc leuauerunt se omnes episcopi, & qui in eodem loco erant, gaudio

litanias

Luc. 21.  
Marc. 12.